

non perimere voluntarium, sed liberum. Ideo tam bruta, quam amentes, & parvulos voluntariè ferri quidem in ea quæ appetunt, non tamen liberè. Cur autem liberè non agant, non illa ratio ab eodem S. Thoma redditur, in qua Vincentius tantopere sibi placet, plaudente nullo; quòd impetu quodam ac duriter impellantur; sed omninò, quòd ad unum affixi & determinati, indifferentia illa careant, sine qua libertas arbitrii constare non potest: ut paulò post rursus ostendam.

V. PESSIME verò, & ἀφελος Vincentius necessitatem cogentem, & libertatis inimicam, ab ea distinguit, quæ cum libertate fiat, eo solo, quòd illa sit incitator, ac vehementior, hæc sedatior; ut ex illius verbis intelligitur. Nam sive vehemens sit, sive lenior ac tranquillior, dummodò antecedit voluntatis usum, & ad unum affigat, liberum tollit arbitrium. Siquidem pecudes ipsas videmus majore ad quædam rapi impetu, quàm ad alia: ut ad pabulum capesendum mitioribus incitari stimulis, quàm ad venerem; quemadmodum de illis, maxime autem de equabus, eleganter Poëta cecinit in tertio Georgicon. Et tamen utrobique necessitas antecedit, ac prorsus appetitum agit illas libertatis expertes: neque duriter impellit, sed blandissimis voluptatis illecebris demulcet; hoc est brutaliter, ut loquitur leporis ac munditiæ Romanæ flosculus Vincentius Lenis.

\* Vide P. 46.

\* Vinc. cont. esp. 11.

VI. QUOCIRCA melius auctores illi, \* quorum iste testimonio utitur; SS. Bernardus, & Thomas, nec non Scotus, necessitatis vim explicant, & cum libertate contendunt. Quippe ex eorum dictis alia cogens & violenta necessitas exilit voluntatis inclinationi contraria: alia minimè violenta; sed naturali propensione consentanea. Quæ rursus bifariam tribuitur, ut sit altera antecedens, & determinans voluntatis appetitum, & ad unum aliquid affigens, & alligans, sine potestate alterius; qualis in brutis, aut amentibus, parvulisque reperitur: altera voluntatem sequens, & comitans; quæ libera necessitas appellatur; quòd eam sibi suapte sponte voluntas afferat, quando in eo, quod liberè delegit, fixa manet, nec mutationem admittit ullam.

Ex hac triplici necessitate, prima interiori, & ut vocant, elicitò voluntatis actui non potest obfistere: nec ejusmodi in rerum natura versari potest; quandoquidem ipsa violenti ratio cum voluntatis actione pugnat: ut pluribus in primo libro de arbitrio libero disputatum est à nobis. Incurrit autem in exteriores, & à voluntate imperatas actiones: nec intimam illius libertatis functionem opprimit; sed de voluntario detrahit, ac benemeriti dignitatem aut minuit, aut penitus infringit. At secundi generis necessitas, quæ ex naturali inclinatione oritur, neque vi cogit; neque tamen libertatem, hoc est liberi arbitrii usum, & electionem relinquit. Non enim violenta dici debet, quæ naturalem appetitionem ad hoc rapit, & in eo defixam, & immerfam tenet, ad quod suapte sponte proclivis est. Verùm ideo voluntati libertatem eripit; quod nec imperandæ actionis illius, nec ad eam exercendam movendi sui potestatem illi facit; sed impetu quodam naturali, minimeque libero, ad id, quod juvat, & blanditur, impellit.

Tertia denique, quoniam ex libera electione voluntatis oritur, libera est & ipsa: ideoque voluntaria, ut dixi, & libera necessitas à S. Bernardo dicitur. Non enim solum liberè suscipitur; sed etiam liberè in ea permanet, libertate illa quæ absoluta necessitati, non quæ servituti est opposita. Quare frustrà est Vincentius, qui cum de antecedente necessitate inimica libertatis agatur, ejus testes advocat, qui de consequenti loquuntur; ut libera voluntatis actioni non esse contrariam vim necessitatis ostendat.

CAPUT X.

- 1. Insignis Vincentii error in quodam S. Thoma loco usurpando. 2. Qui quidem exponitur. 3. Et ostenditur nihil ad causam Vincentii pertinere. 4. Cujusmodi necessitatis genera ibidem declarantur.

\* Vinc. lib. 1. c. 15.

\* Lib. 3. cont. gent. c. 138.

I. AGÈ nunc insignem Vincentii labem abstergamus; qui \* locum profert è S. Thoma Aquinate, qui nullum, inquit, negotii Petavio, & Ricardo,

et ejusdem philosophia mystis faecit. Ut & Petavio, ceterisque negotii aliquid faciat; & Vincentii causam adjuvet; necesse est, illorum ut decretis contrarius sit iste locus, & hujus doctrinæ consentaneus. Meminerimus quæ sit summa Vincentianæ opinionis superiori extricata capite. Nimirum necessitatem statuit duplicem; alteram coactionis, non tamen propriè dicta, sed naturalis, & absoluta, quæ cum naturali inclinationi lenocinetur, eam tamen violentam ideò nominat, quòd voluntatem non sinat imperatrice vi uti, ac sese movere; sed eam præcipitet, & impellat, quemadmodum brutorum appetitus in id, quod amat, vehementi rapiditate trahitur. Alteram non violentam vocat, quæ voluntatem ad eliciendum actum voluntarium premit; tametsi ad unum appetendum necessario sit adstricta: quemadmodum beati Deum necessario, nec minus tamen liberè diligit.

Quamobrem ut hanc opinionem suam antiquorum testimonio approbet Vincentius, ejusmodi ea sint oportet, ut necessitatem utramque talem exprimant, qualis ab illo constituta est: quæ nimirum voluntatem unitantummodò rei addicunt, & alligant teneat, alterius eligendi potestatem detracta. Sic enim violentam necessitatem omnem funditus perimere libertatem exilitat, ut in brutis ulvenit: ex quo sequitur, optionem alterius eripi; nec nisi unum aliquid obtundi. Sic etiam necessitatem alteram unius appetitione determinat habere voluntatem putat Vincentius; ob idque Petavium reprehendit, quòd libertatem neget, sine pari ad utrumlibet potestatem consistere. Quòd si necessitas ejusmodi nominetur ab Auctoribus, quæ planè voluntaria sit; hoc est, quæ sua sibi voluntate quæsiunt præscripserit, ita ut si velit contra illam venire possit; ut cum naufragii metu merces suas in mare projicit: aut cum iurejurando, vel voto jejunium sibi, vel castimoniam indixerit; perspicuum est nihil ista necessitatis generat duo ad Vincentiana pertinere: nec de illis controversiam ullam inter ambas partes existitisse.

II. ATQVE ille ipse S. Thoma locus, in quo tantum prædicit sibi esse factat gloriosus iste custos dominique sperarum, prorsus ad eam spectat necessitatem, quæ merè voluntaria est, & utriuslibet eligendi liberam potestatem relinquit.

Licet hoc ex ipsa S. Thomæ disputatione, ac disputandi causa cognoscere. Ibi enim contra nonnullos differit, qui votorum obligationem, & impostam ab ea necessitatem certorum officiorum improbant; eum hoc objicerent: Unumquodque bonum, quanto liberius agit, tanto virtuosius esse videtur: quanto autem ex majori necessitate quis ad aliquid observandum astringitur, tanto minus liberè id agere videtur. Videtur igitur derogari laudabilitati virtuosorum actuum per hoc, quòd ex necessitate obediunt, vel voti sunt. Quibus sic occurrit S. Thomas, duplicem ut necessitatem discernat; unam coactionis, & hæc, inquit, laudem virtuosorum actuum diminuit, quia voluntario contrariatur. Coactum enim est, quod est voluntati contrarium. Alteram, quæ ex interiori inclinatione procedit; & hæc laudem virtuosorum actuum non minuit, sed auget: facit enim voluntatem magis intentè tendere in actum virtutis. Patet enim, quòd habitus virtutis, quanto fuerit perfectior, tanto vehementius voluntatem facit tendere in bonum virtutis, & minus ab eo desistere. His tertiam adjungit necessitatem, ex fine: sicut cum dicitur alicui necesse esse habere navem, ut transeat mare. Patet autem quòd nec hujusmodi necessitas libertatem voluntatis diminuit; nec actuum bonitatem.

His animadversis, docet S. Thomas necessitatem illam, quæ ex obediendi voto sequitur, neque coactionis esse, quæ est prima; neque ex interiori inclinatione, quæ secunda est: sed ex ordine ad finem, quam tertio loco posuit, quæ quidem neque libertatem, neque laudem detrahit.

III. Ex his manifesta est Vincentii levitas, & incogitantia, qui sola nominum specie deceptus, continere animum suum non potuit, quin efferretur gaudio, & in prælo caneret, votans & vincens victoria: nec intellexit, quod refrigerato nunc puerili hoc impetu cognosceret, nihil ista genera necessitatis tria, quæ ex S. Thoma retulit, ad illa sua spectare duo: immò quæ ibidem scripta leguntur, cum Petavii placitis adamussum congruere; abhorreere autem ab iis venenis, ex quibus iste ἀλλήλοισιν suum φέμασιν temperavit.

Primum

Primum quid habet commune cogens Vincentii necessitas cum ea, quam S. Thomas illic explicat? Vincentiana non est contra voluntatis inclinationem; nec violenta propriè dicta: tum libertatem, sive usum arbitrii liberi perimit. At illa S. Thomæ vera proprièque dicta coactio est, eaque voluntario est opposita; quod idem asserit: nec liberi arbitrii functionem eripit. Non enim qui voto castitatis obstrictus, acerrimis contra voluntatem libidinis stimulis urgetur, non libero, & in utramvis partem flexibili resilit arbitrio: quod ad laudem & meritum valet quidem; sed multò minus, quàm si longo usu, & exercitatione temperantia, perfectum ejus in se obfirmasset habitum; quo & minori difficultate, & propensione majori virtutis illius officia præstaret. Nam si inflammata cupiditatis fractus illecebra, non nisi metu, & invitus in officio continetur, liberè hic quidem abstinere; sed quoniam coactus omninò id facit; & quod reipsa non audet, voluntate jam admittit facinus; laudis ac meriti nihil eo facto consequitur.

IV. IGTUR necessitas illa cogens, & jus ibi S. Thomas meminit, cum usu arbitrii liberi, & libertate nullo modo pugnat; quòd voluntati, quod ad interiores actus pertinet, vis asseri nulla potest. \* Duplex enim est actus voluntatis: (ait idem) unus quidem, qui est ejus immediatè, velut ab ipsa elicitus, scilicet velle: alius qui est actus voluntatis, à voluntate imperatus, & mediante alia potentia exercitus; ut ambulare, & loqui, qui à voluntate imperantur mediante potentia motiva. Quantum igitur ad actus à voluntate imperatos, voluntas violentiam pati potest, velut ab ipsa elicitus, scilicet exteriora membra impediri possunt, ne imperium voluntatis exequantur: sed quantum ad ipsum proprium actum voluntatis, non potest ei violentia inferri. Ergo liberè voluntas interim agit, dum actioni ab illa imperatæ vis adhibetur.

Ceterum ille ipse S. Thomæ locus Vincentii tradidit errorem, qui voluntatis elicito actus, imperatos esse dicit; & liberè voluntatis essentiam in eo collocat, quòd suos sibi actus imperet. Quod joculare commentum humana ratio, nedum philosophia Peripatetica condemnat; cujus utriusque S. Thomam damus interpretem.

Jam secundum genus necessitatis apud eundem S. Thomam, quod ex interiori inclinatione procedit, non minus ab eo distat, quòd Vincentius secundo itidem loco numerat. Etenim hujusmodi inclinationis necessitas à S. Thoma statuitur: quæ non simplex est, nec uno aliquo determinata, sine optandi alterius potestate, qualis est Vincentiana, quam prementem, non opprimentem vocat: sed voluntaria est necessitas, hoc est quam ut liberè sibi quispiam imposuit; ita liberè potest excutere, ut in homine illo evenit, cujus gratià necessitas illa bifariam est ab S. Thoma distributa, qui voti religione castè sibi vivendi legem, ac necessitatem imposuit. Quamvis non ad hoc secundum necessitatis genus votum illam necessitatem refert S. Thomas; sed ad tertium, quod ex ordine ad finem petitur. Nihilominus illud habitus exemplum, voluntatis inclinationem sine dispendio libertatis adjuvantis, quod idem assumpsit, argumentum est non esse necessitatem istam Vincentianæ similem, nec uno circumscriptam ad appetendum propositum; sed cum eligendi è pluribus unius libera potestate, & indifferentia conjunctam.

V. NAM quòd beatorum mentionem ibidem facit S. Thomas, quibus necessitas inferior ad bene agendum, ut peccare ideo non possint: nec tamen propter hoc aut libertati voluntatis aliquid deperit, aut actus bonitati: nihil hoc Vincentianum commentum sublevat. Non enim propterea liberè in id feruntur, quod absoluta necessitate appetunt, cujusmodi esse divina bonitas, quam sic amant, ut non solum odisse nequeant, sed ne ab amando quidem desisterent. Non de amore, inquam, beatifico ibi S. Thomas loquitur; quem non esse liberum, sed necessarium, \* supra ex eodem ostendimus. Verùm præter amorem illum supremi finis, ac summi boni, aliæ sunt intersectorum bonorum appetitiones, tamquam mediocrum, in quæ beate mentes liberè, hoc est libero arbitrio feruntur. Ac quemadmodum habitus virtutis, quo exemplo S. Thomas utitur, voluntatis inclinationem ad propriam honestatis speciem vehementiorem facit, suoque modo determinat; non tamen ad hanc potius, quàm ad aliam individuum actionem: adeo ut, etsi voluntatem absoleta necessitate determi-

Primum

Par. III.

naret; solam, uti Scholæ nominant, specificationem actus illius libertati subtraheret; ut contrarium virtuti illi peccatum nullum posset admittere: non tamen obfistaret, quin circa varias & singulas ejus virtutis actiones integrum jus, ac liberam, & indifferentem potestatem retineret.

Quocirca castiganda \* Vincentii ratio est, qui in \* Lib. 1. illo tractando S. Thomæ loco, falsa cum ac præpostera interpretatione corrupt: his vocibus insertis (ut in P. 54. amore beatifico) tamquam ita ille scripserit: Adeo ut si ad finem perfectionis profecerit, necessitatem quandam bene agendi, liberam tamen (ut in amore beatifico) inferre possit. Potestne vel unam indicare litteram, qua S. Doctor necessitatem illam in beatis cum libertate conjunctam circa beatificum amorem versari docuerit? Non est ita. Nam contrarium plenis alibi questionibus articulisque tradidit.

Sed cum libertatem hic appellari toties audit eruditus lector, meminisse debet, hoc nomen ab antiquioribus Scholasticis accipiti significatione sumi: quod jam capite quinto superius animadvertimus. Nam sæpè pro voluntario, sive spontaneo sumitur, & ut violento contrarium est: aliàs liberum, non voluntarium tantummodò significat; quod ipsum necessarium esse nihil prohibet; sed etiam, quòd ita fit, ut oppositum ei fieri poterit; adeoque contingens dicitur, & ei quod necessarium, & uniusmodi, ac determinatum est, ex adverso respondet. Hoc modo libertas liberi arbitrii propria est, & vis electiva propterea vocatur à S. Thoma, de quo satis hæcenus dixi.

Rectè autem \* Theologi quidam observant, anterecentiorem hunc errorem, quem \* S. Thomas hereticorum esse docuit, qui veram libertatem cum absoluta necessitate constare, ac soli coactioni repugnare censent, plerisque necessitatem à coactione minus accurate separasse: Post autem novos exortos hereticos, ut Pennotus loquitur, qui voluntatem subjiciunt necessitati naturalis inclinationis, & determinationis ad unum, tum demum subtilius necessitatis utriusque notatum esse discrimen.

Ac vel ex uno S. Thoma varietatis illius specimen licet capere. Hic enim in prioribus operibus, quæ de rebus Theologicis edidit, minus in hac tenenda differentia necessitatis & violentiæ fuit enucleatus & constans. In Theologica verò Summa; quod divini ingenii longè præstantissimum opus, & auctore suo dignissimum merito judicatur; ut in liberi arbitrii explicanda ratione; sic in necessitate naturali ab violentia discernenda, haud paulò fuit exactior. Ac propterea supra capite tertio, cum in eo essemus, ut sincera ac germana S. Thomæ de libertate sententia, in eaque Peripatetica, inquirenda videretur, Summam ad hoc Theologicam potius, quàm ejusdem lucubrations ceteras adhibendas duximus. Quamquam permulta sunt in \* istis quoque, de vera proprièque dictæ libertatis notione, & huic opposita necessitate eximie, accurateque tractata, & iis quæ scripsit in Summa postea, consentanea: & quæ in libro tertio de libero arbitrio collecta sunt ab Antonio Ricardo: ubi & illa ejusdem S. Thomæ loca pertractavit, & exposuit, quæ ad erroris sui patrocinium Armacanus attulit, ex eoque Vincentius descripsit. Hic verò festivè, quod illa eadem S. Thomæ testimonia, quasi nova essent, & à se primò objecta, dissimulat, quam apud Ricardum legerat, explicatione protulit. Quod idem & in illis Patrum sententiis præstitit, quas à nobis propositas, & ad verum sensum accommodatas esse noverat. Atqui intererat ejus, qui contemptum ac ludibrium cavere vellet, actum non agere: nec odiosè congestis, & repetitis iisdem auctorum locis, nullo operæ pretio, patientiæ Lectorum illudere.

\* Ut Pennot. lib. 1. c. 17. Qu. 6. de malo.

\* Ut in qu. 22. de Verit. ar. 5. & 6. & qu. 6. de malo. & qu. 16. ar. 5.

CAPUT XI.

- 1. Quid inter brutorum appetitum, & hominis libertatem inserit. 2. Quid ex S. Thoma declaratur. 3. Tum illustratur ex Hierocle Pythagoreo. 4. Quid distat ab eodem appetitu brutorum, hominis voluntas non liberè agens, sed necessariò.

I. EXPOSITA necessitatis ratione, ac multiplici specie; tum Peripateticæ Philosophiæ placitis, cum

\* Vinc. lib. 2. c. 1. P. 175.

cum Armacanorum opinione comparatis; redeundum est ad inchoatam supra capite octavo disputationem, de consecrariis Vincentianæ doctrinæ; quam ideo paululum interrupimus, ut explicata necessitate, qualem secunda ista describit, facilius in eorum arcana penetraremus. Queritur \* Vincentius de ignorantia Petavii, & Ricardi, qui inter appetitum brutorum, & motum humane voluntatis, quando quippiam necessariū vult, nullam ponunt discrimen. Ista ignorantia crassa nebula, in qua duo illi homines, inquit, perpetuo ambulant, errantque pleraque ferè omnia eos faciunt, quæcumque erraverunt, & deliraverunt. Vide hominis urbanitatem, ac lenitatem; qui & de Petavii asperitate graviter expostulat, & Lenem se ideo nominat, ut ab illius iracundia quam alienissimum fore se profiteretur.

Atqui quod ignorantia Petavium hic arguit, Magister Lenis, videt an non in illos cadat potius, qui studio partium occupati spissas obducunt nebulas rei aliqui per se claræ, & ad intelligendum facili. Quis est paululum sapiens, qui hoc non capiat, non interrogatus respondeat, coactum id, violentumque dici, à quo naturalis abhorret appetitio: necessariū verò, quod aliter fieri nequit, & contingens non est, ideoque non est in nostra potestate: liberum denique, quod tam à nobis fieri, & alicui potest, quænam quod tunc est oppositum? Has à natura traditas, & doctis pariter, atque indoctis infusas notiones, tamquam publicam monetas, vos corrumperet nuper instituitis; tique præ omnibus confidentissime Vincentii.

II. QUÆRIS igitur quid inter bruti appetitum, & hominis voluntatem necessitate constricam, ac determinatam. Quare prius quid ab illius appetitu, distat hujus libera voluntas: hinc enim facile alterum cognosces. Docet illud te S. Thomas in prima parte Theologicæ Summæ. Ibi enim questione LXXXIII. \* in qua disputat utrum homo sit liberi arbitrii: primum esse responderet, idque probat hoc argumento, quod aliqui frustra essent consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia. Unde verò habeat, ut liberi sit arbitrii, explicat sic. Eorum quæ agunt, alia sine iudicio agere dicit, ut quæ carent cognitione; velut lapis dorsum cadens: alia cum iudicio: quæ & ipsa in duplici sunt differentia: quadam enim non libero agunt iudicio, sed naturali; ut ovis lupum videns, naturaliter iudicat eum esse vitandum; quia non ex collatione, sed ex naturali instinctu hoc iudicat: quadam ita cum iudicio agunt, ut id ex collatione rationis existat: ut homo, qui agit iudicio, quia per vim cognoscitivam iudicat aliquid esse fugiendum, vel prosequendum. Libero autem agit iudicio, quia potens est in diversa ferri, eo quod iudicium istud non est ex naturali instinctu in particulari operabili, sed ex collatione quadam rationis. Quam collationem declarat ita: Ratio enim circa contingentia habet viam ad opposita, ut patet in dialecticis syllogismis, & vtheticis persuasionibus, particularia autem operabilia sunt quadam contingentia. Et ideo circa ea iudicium rationis ad diversa se habet, & non est determinatum ad unum. Et pro tanto necesse est, quod homo sit liberi arbitrii, ex hoc ipso quod rationalis est.

III. Ex hoc fonte Peripateticæ, Christianæque sapientia, certa ratio veræ, propriæque dictæ libertatis, & hujus à brutorum appetitione discrimen petitur. Nam utraque ex cognitione ac iudicio pendet: sed bruti iudicium, ex naturali inclinatione, id est instinctu proficiscitur; & ideo est uniuersum, id est uni affixum, ac determinatum; neque plura inter se comparat, ut ex ea contentione quippiam anteponat alteri, quia necessariū unum illi persequendum, aut vitandum obicitur. Homo verò rationem sequitur, quæ plura cognoscit, & inter se conferit: non ea quidem determinata, & necessaria; sed contingentia; quæ videlicet alicui, vel abdicari possunt. Quare eo ipso libera est voluntas, quod non est determinata; nec uni addicta; uti nec iudicium, sive arbitrium mentis, quod plura inter se minimè necessaria, sed utilia dumtaxat, & contingentia comparat. Ita propriè dicta, formalis, ac vera libertas est, non voluntas ipsa, quæ voluntas est, & naturalis inclinatio rationalis appetitus; sed quatenus liberum est arbitrium, & ex pluribus quod libitum est, potest citra determinationem, ac necessitatem eligere.

Hoc quia brutis animalibus natura negavit; & ad unum aliquod, ac definitum, eorum aligavit iudicium; ideo non liberè, neque tamen violenter &

coacta; sed necessariò, ac præcipiti cupiditate rapiuntur.

Hoc est liberè hominum voluntatis, & brutorum appetitus discrimen ab S. Thoma, & Christiana philosophia constitutum. Cui & humana consonat, \* à nobis ex gentiliū philosophorum decretis accuratè descripta.

IV. QUAM quidem illustriorem modò reddemus, unius ex illorum numero adscripta sententia, quæ eandem brutorum ab homine discrepantiam egregiè demonstrat.

Is est Hierocles Pythagoreus, in libro de Nuptiis: ubi hanc benè videtur regulam præscribit; ut nature convenienter homo vivat: \* Quippe vivit, ait, animalium quilibet vita naturali suæ constitutioni consentanea, ac profectò stipes etiam ipsa similiter vivunt, pro ejs, quæ illis tribuitur, vitæ ratione. Verum non ratiocinatione, vel computatione utuntur aliqua, nec examinatibus rebus delectantur aliquem adhibent. Sed stipes quidem sola ad id agunt, natura: quippe inanimata sunt. Animalia vero imaginationibus ad ea quæ commoda sunt attrahuntibus, & impellentibus cupiditatibus ducuntur. Nobis autem natura rationem indidit; quæ & alia omnia, & cum omnibus, vel potius præ omnibus, naturam intuetur: uti ratiocinans in aliquo insignem, certumque scopum, sic in naturam intenta, & quidquid ei conveniens est, eligens ad decem nos vivendi modum perducit.

Vides quid inter bruta, & hominem interfit: & ut illa, quacumque phantasia, & commodorum rerum appetitio trahit, sine ulla deliberatione moveantur: hominum verò liberum sit iudicium; tum libera, quæ ex iudicio sequitur, iudicata, approbatæque rei ad finem obtinendum utilis, electio.

V. HÆC libertatis posita, fixaque formula; non est difficile scitu, cuiusmodi sit eadem adversaria necessitas. Nam cum radix ipsa libertatis intercepta est, quæ est iudicandam vis; ut uno aliquo circumscribatur, ac determinetur; nec plura inter se contendere, & quod horum utilius, meliusque sit, discernere, ac pronunciare queat; quod in amebentibus, & infantibus, ac rationis usu carentibus accidit: tum non liberè voluntas, sed necessariò in id quod concupiverit trahitur: quia non ex collatione sanè ac sobrie rationis agit, ut S. Thomas loquitur: sed ex solo impetu, & instinctu movetur. Neque tamen inter sic affectum hominem, & pecudem, non aliquid interfit. Nam est iudicium utriusque commune; nec non voluntarium ab S. Thoma tributur, non ideoque species eadem est utrobique iudicii; sed genere solo ambo inter se convenienti; quemadmodum nature ipsæ genere uno continentur animalis, ac sensu præditi; sed forma & essentia discrepant. Sic iudicium in brutis, phantasiae solius est, & ejus partis, quam estimativam vulgò nominant: voluntarium autem sensitivum, quem vocant, appetitus. In homine rationis iudicium est; sed non arbitria: hoc voluntatis; non tamen liberè agentis. Necessitatis portò vis & ratio proportionem est eadem.

CAPUT XII

I. Vincentii astus in explicando discrimine necessitatis, quæ bruta feruntur, & parvulorum, aut amensium. 2. Frustra ex imperatrice vi voluntatis ab illo peti, quæ nulla circa necessaria sit. 3. Pecudum, maximeque asinorum petatum ab Vincentio testimonium eluditur. 4. Ladicum ejusdem scripturæ.

HIIS contraria Vincentii est opinio. Qui si eadem, quæ capite antecedenti disceptata est, questione pulsetur, quanam re distat pecudum appetitum, voluntas hominis necessitate agens, & ex sola nature propensione, non ex deliberatione; vel ad ea confugit, quæ dixi vel, si sibi constare pergat, frustra conflictabitur, in obscuro, ac nihil liquidi, & disertis sonantibus vocibus, præter se agitur. Quid enim aliud referunt ea, quæ supra capite nono ex illo descripsimus? Necessitatem illam, quæ bruta feruntur in ea quæ appetunt, ait esse violentiam: eandem in homine, libertatis comitem, & adiutricem facit. Qui enim aliter posset, cum & voluntarium idem ac liberum esse statuat; & voluntatis actionem omnem, essentialiter liberam esse defendat? Cedo

\* Vide To. lib. 5. c. 1.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

\* Hieroc. apud Stob. Serm. 65.

Cedo igitur, quid causæ est; cur parvulus, aut amens, aut fatali necessitate, ut olim Stoici putabant, impellus, non liberè appetat quod voluntate concupiscit?

Neque enim voluntate, ac iudicio qualicumque, hoc est vitali, & naturali facultatum illarum motione, uti negas istiusmodi homines; cum ex naturali inclinatione in ea feruntur, quæ sibi placita sunt, & commoda. Ecquis igitur violentiæ locus est in ea voluntatis actione, quæ maximè voluntaria est? aut cur libera non est, si & voluntatis actio est, ex iudicio profecta; & omnis est libera motio voluntatis?

II. NAM quod potestate sua dominatrice tunc voluntatem non uti asseris; nec semetipsam movere; & cetera ejusdemmodi, quæ quid sint non intelligendo, profers, vi sola veritatis, centrifucis, compulsus; hoc illud est, quod paulò ante dicebam, cogi te, quamlibet invitum, ac reclamantem, eadem nobiscum, & cum S. Thoma, ceterisque de libertate fateri; ejus essentiam, non, ut falso dicebas, in solo voluntario sitam esse; nec omnem voluntatis actum esse liberum: sed in solo libero arbitrio, & utriusvis amplectendi minimè determinata potestate libertatem consistere. \* Siquidem imperare sibi, seque movere, & alia id genus, quæ tu in essentiam, ac definitionem libertatis includis, liberi sunt arbitrii propria; hoc est voluntatis, non quæ naturalis est inclinatio, & ad finem ipsam refertur, estque determinantis capax necessitatis: sed quatenus circa media, & contingentia versatur, & ad utrumvis indifferenter se habet, hoc est, ut S. Thomas loquitur, potest ad diversa.

Imperare certè nihil ille censet aliud esse, quam ordinare ad aliquid agendum, hoc est ad finem: tum actum esse rationis, qui electionem sequitur. \* Nam post determinationem consilii, quod est iudicium rationis, inquit, voluntas eligit, & post electionem ratio imperat ei, per quod agendum est, quod eligitur.

Quo ex loco Vincentii multiplex error convincitur. I. qui \* cum voluntatis actum omnem liberum esse sentiat: & \* libertatis essentiam in imperio constituat; fatetur cogitur nullum alium voluntatis actum esse præter imperium; adeoque nec finis appetitionem, quæ consilium antecedit, nec electionem, quæ ut hoc posterior, sic imperio prior est, actiones esse voluntatis; tum, quod \* alibi jam dixi, liberæ voluntatis essentiam in ea reperitur, quæ rationis ac mentis est propria, non appetitus, ac voluntatis.

III. ALENIM \* in ista vi voluntatis imperiosa, & imperatrice sui essentialium ejus, quæ ab appetitu brutorum distinguitur, libertatem consistere, invicò probat argumento; ac gravi imprimis auctoritate, \* canonum, smitarum, elephantorum, asinorum; & unius inter alios, qui sapientia magistris sui auditor erat, ac magis liber, quam ceteri crassioris, & stupidiors Minerva asini fratres ejus.

His omnibus contra Petavium, & Ricardum testimonium denunciat. Sed ut jure, ac legitime contendat, postremum illum testem expungat censeo: ne vitæ præmissis apponi videatur. Ecquos verò fratres asini illius ex Vincentii verbis divinare possumus? Non enim asinis obstetricari, & operam adhibere Minerva solet, quam fratribus illis parum benigne consuluisse scribit. Sed his, ac similibus parum gratis interpellatoribus, ac sibi adeo, Vincentius occurrit ipse; & quid brutorum appetitus ab libera voluntate hominis interfit, ex S. Thoma, & illa ipsa, quam toties inculcat, imperatrice vi, & imperio dicit. \* Nempe quod imperare, sit ordinare ad finem, ait S. Doctor: bruta vero media, quæ vocant, ad finem non referant; ideoque libera voluntate carent, quod fufius declarat idem his verbis. \* Dicendum (inquit) quod aliter invenitur impetus ad opus in brutis animalibus, & aliter in hominibus. Homines enim faciunt impetum ad opus per ordinationem rationis: unde habet in eis impetus rationem imperii. In brutis autem, sit impetus ad opus per instinctum nature: quia scilicet appetitus eorum statim apprehenso convenienti, vel inconvenienti, naturaliter movetur ad profectorem vel fugam. Unde ordinatur ab alio ad agendum: nos autem ipsa seipsa ordinant ad actionem: & ideo in eis impetus, non autem imperium.

IV. Sicut de pecudibus, & sapientiore illo fratribus suis asino non multum laborabit Vincentius. In amebentibus, & similibus humana voluntate, intellectuque præ-

ditis, plurimùm astuabit, ut suis, ac secunda suæ principii consentaneum aliquid exprimat, quod ex voluntate, hoc est libertate agentes illos non perinde liberè agere persuadeat, ut cum oculis, & auribus utantur, id quod agunt, essentialiam habet visionis & auditionis, eo quod ex essentiali videndi, & audiendi facultate proficiscitur.

De his igitur, brutorum tuorum, ut ais, non dissimilibus; sed, ut ex antè dictis evidens est, longè tibi molestioribus, quam sexcenti tui sapientes asini, quemadmodum te cum tuis decretis, & principis extrices, sanè videris. Quod idem in fatali, & tamen voluntaria necessitate, præstare debebis. Nam necessitatis duplicis tua illa distinctio, ut una coactiva sit, altera voluntaria, quam, ut mali medici solent ad ulcera omnia, solum, & unicum emplastrum, ex panario tuo identidem exprimis, futilis est, ac magnarum & necessariorum rerum inscitia referta: quod vel ille tuus Ammoniani discipulus, te docebit.

V. CUJUS quidem ut te ad captum accommodares, credo amovè illud nitidis, & elegantibus vocabulis expressum in fine ita te posuisse. \* Nunc verò ponite casum, ais Vincentii, ut vis illa voluntatis imperiosa sui actus, sumpsit modo, & imperio suo seipsam moveat; sed tamen indifferenter accidentaliter bilancem non utrimque expeditam habeat, quia intellectus hic & nunc solum de amando, non de suspensione amoris ei quidquam representat, & ad amandum iudicio pratico eam determinat: An talis tamen amor, per vestram fidem, & conscientiam, bruta, nec essentiali libertate liber erit? Cur enim liber non esset, quandoquidem voluntas suo sollemni imperandi modo seipsam agat, non impetu brutali & effreni foris exitus?

Hic verò quid dicas profectò non intellegis; ac quid libertas, & liberæ actionis quæ sit exequenda ratio funditus ignoras. Dixi tibi sæpius vim illam voluntatis imperatricem in iis dumtaxat exerceri, quæ ad finem referuntur, & contingentia sunt, hoc est ad unum determinante aliqua necessitate minimè redacta.

Etenim de eo quod absolute necessarium, ac definitum est, nulla potest esse consultatio, uti nec electio, quæ unum è pluribus optari debet: quod ex Aristotele, ac Peripateticis omnibus, etiam Theologis, ut Nemesio, Joanne Damasceno, ac S. Thoma, alisque pluribus uberrimè demonstratum est à nobis. Quamobrem non aliter voluntas liberè agere potest, & præ uno alterum capessere, quàm si hoc ipsum, cuiusmodi est re ipsa, non necessarium, sed utile dumtaxat, adeoque contingens, relictæ & magistra ratio iudicaverit. Hoc ipso verò, quod utile est, & contingens aliquid, non simplex est, & uniuersum. Itaque si non actus, virtute certè, ac dicitur tam se, quam alia complectitur. Ita nunquam nisi de pluribus inter se comparatis, tum de liberatio fit, tum iudicium rationis; tum seipsam determinantis voluntatis electio: ex quibus eadem movente voluntate rationis imperium, & ex imperio, voluntatis ad exequendum postrema motio consequitur.

Ceterum indifferenter illa voluntatis quemadmodum se habeat, & quos in ea ludos Vincentius, & id genus homines facere pridem insituerint, ostensum est pluribus à \* nobis alio in Opere.

CAPUT XIII

1. Cyrillus Hierosolymitanus perperam appellatus à Vincentio. 2. Ovis exemplo libertatis ac meriti rationem explicat. Et iudicia Vincentii opinio de brutorum appetitu. 3. Qui circa finem ultimam clarè cognitum liberè ferri voluntatem, falsò putat, & laudem etiam inde promereri. 4. Sed in laudis ambigua significatione cavillatur.

I. QUIS \* non in te, Vincenti, lenitatis constantiam, & æquabilitatem desideret? Tu in canes, simias, & asinos imprimis, tam indulgens, & liberalis exististi, ut illos cum hominibus propemodum exæquares: immo asinos in auditorium sapientia numerum ad optares; certè formandis eorum ingenis Minervam præficeres: & idem tamen ovis tam iniquus es, ut earum causâ S. Cyrillo Hierosolymitano succenses. Cur hoc autem de te iste meruit? Scripsit in Catechesi quarta, Liberi arbitrii esse animam, nec à demone necessitatem ei inferri posse. Hunc enim nihil aliud effi-

\* Lib. 17. c. 1. sect. 1. pag. 178.

\* Lib. 3. de lib. arb. cap. 114.

\* Vinc. lib. 2. c. 1. sect. 2.



prudens lector animadvertat. Nam voluntatem omnem esse liberam, & liberum arbitrium, alias asseverat, ut \* capite xiiii. supra demonstravimus: & quæ ad illud probandum, Augustini, aliorumque testimonio ex Armacani libro corrogavit, ad hoc valere vult, ut quemlibet voluntatis actum, liberi esse declarent arbitrii, & quidquid à voluntate, & appetitu rationali procedit, ab ea ut libero arbitrio procedere, adeoque liberum esse. Aliàs liberam arbitrium à voluntate separat: ut \* Lib. i. c. 3. cum sic scribit: Hac quoque naturalis inclinationis voluntaria necessitate divina voluntas, sub ratione voluntatis, non liberi arbitrii, bonitatem suam, sequè ipsam, necessariò, & tamen liberè amat. Igitur non omnis voluntatis actio ab libero procedit arbitrio, quod tunc ante scripsisti: neque Deus libero se amat arbitrio, sed ea voluntate, quæ non est liberi arbitrii propria.

Dixine sæpius, totam istam controversiam, ac litem, quam tot spreis Pontificiis edictis, & Catholica fidei auctoritate calcata, nuper Armacanus excitavit, ad liberum dumtaxat pertinere voluntatis arbitrium; non de qualibet esse voluntatis actione?

Etenim quamvis origo alia questionis illius existit, nisi conciliandæ cum libertate gratiæ difficilis, & perplexa ratio? At hæc ipsa solum eam spectat voluntatis motionem, quæ liberum arbitrium propriè dicitur; non illam, quam vos necessariam, & tamen liberam esse animosa, & inutili iactatione contenditis. Sit sanè libera novo illo vestro, & qualicumque genere libertatis: dum eo non fit, de quo inter nos agitur: in quo vera, & suo nomine digna, non sophistica, nec solo vocabulo censenda libertas est sita voluntatis humanæ.

V. QUAMOBREM potest jam omnis inter nos sublatæ esse discordia, si hoc fatemini; libertatem eam, quam liberum arbitrium dici propriè, tutem agnoscitis, & quam ab S. Thoma traditam, capite xxi. libri tui prioris affirmas; talem esse, cujusmodi summus idem Theologus tot in locis, tam aperte, tam expressè, tam diligenter exposuit: quàmque nos ex ejus auctoritate, ac verbis ipsi, hæcenus informavimus. Nimirum ut hæc sola propriè, ac præcipuè, & formaliter illa sit libertas, ob quam liberæ voluntatis homines, & arbitrii liberi esse dicuntur: ut sit boni, maliq; meriti; laudis & vituperationis stirps, & fons unicus: ut hæc una causa sit, ex qua voluntas humana semetipsam propriè agere, movere; dominium, atque imperium, quodcumque tandem habet, exercere dicatur: ut ea denique sit necessitatis expertis, non illius, quam solum libertati esse contrariam falsâ opinionione defenditis; sed ejus, quæ naturali propensione consentanea unius appetitu determinatur, nec expeditam & indifferentem utriusque permittit optionem. Hæc cum omnia, iisque plura eodem spectantia S. Thomas tam manifestè, propria esse testetur libertatis illius, quæ est arbitrii liberi; si tu, Vincenti, cum sodalibus tuis eadem fateri potes & amplecti, appellatione ipsa libertatis utere ut voles. Non equidem repugnabo. Ut si hominis effigiem, dici hominem oportere contendas, dum eoque non insanias, ut hominis naturam, & essentiam illi tribuas; quis tibi loquendi hanc licentiam invidet?

Sanè hoc, quod abs te amore pacis & concordie impetrare studeo, non gravatè concesseris, si ad illa, quæ raptim & tumultuariè ex Armacano convasasti, Veterum loca paululum adverteris animum. Hæc enim naturam ejusmodi liberæ voluntatis, arbitriique liberi describunt, qualem ab S. Thoma luculenter explicatam Catholicum cum ipso omne nomen agnoscit. Sed singillatim omnia persequi nolo; nec excubendis hic Armacani capitibus integris, ut quidam faciunt, lectori stomachum & nauseam movere; mihi circumforanei mangonis illius famam conficere, qui

Ux venditaret falso antidotum nomine, Verbosis adquisivit sibi famam strophis.

CAPUT XVI.

1. Ridicula Vincentii iactantia. Voluntarium, & spontaneum sapè pro libero sumitur. Damasceni locus ab eodem contra se productus. 2. Quo liberi arbitrii propria ratio continetur.

I. FRIGIDUM \* illud est ἀναγκασίμα, Vincenti, \* Vinc. cum Petavio insulitas, tamquam ei liberi arbitrii definitio vehementer displicat, à Prospero allata, \* ut sit rei sibi placite spontaneum appetitus. Quasi hoc ille nescierit, neque diserte monerit, spontaneum, quod idem est ac voluntarium, Græcis ἐκείνου, pro libero læpius accipi: quamvis aliàs tam latè pateat, ut de brutis etiam animantibus usurpetur. Hac verò laxissima, & generaliori notione non tu, opinor, voluntarium, sive spontaneum intelligi vis, cum eo liberam voluntatem definiri asseris. Quare voluntarii genus illud ascesces, quod perfectum vocat \* S. Thomas, & solis inesse ratione præditis affirmat. Atqui hoc idem S. Thomas non aliud esse docet, præter liberum arbitrium, ut \* supra significavi. Quo quidem posito, quid est quod Petavio aliisque Catholicis laborent, aut indignè ferant, libertatem cum voluntario, vel spontaneo, hoc est cum libero arbitrio, unam rem, & eandem haberi? Ac profectò si apud te effes cum ista meditare, vel ipsa eorum Patrum, quos tu citas, verba tibi aurem vellere, & ad saniorè mentem rovocare potuissent. Certè \* Joan. Damascenus quale sit ἐκείνου, de quo loquitur, non obscure significat cum ait, In nostra esse potestate, qua liberum est nobis, vel facere, vel non facere. Quænam igitur hoc modo ἐκείνου id est voluntaria sunt, nisi quæ libero arbitrio propriè tribuntur? Nempe illa, quæ ut subinde peritè, laudem aut vituperationem habent adjunctam: & quæ ex æquo contingere possunt; de quibus consultamus. Consilium porò de eis est, quæ in utranque partem ex æquo accidunt. Denique hoc ex æquo contingens dicitur; quod tam ipsam possimus, quàm ejus contrarium: & cujus electionem facit intellectus nobis.

II. QUID tibi ergo, Vincenti, venit in mentem, dum ut voluntatem necessitate devinctam, nihilominus liberam esse monstrares, eo Damasceni usus es loco, quo nullus contra te afferri poterat expressior? Hic Joannes ille Damascenus, cui pro te testimonium denunciasti, illud in nostra esse potestate dicit, quod non est necessarium, nec uno aliquo determinatum; sed contingens, quodque tandem potest eligi, ac fieri, quàm huic oppositum. Addit hoc ejusmodi esse, quod mens, hoc est ratio nostra delegat, & videlicet alteri, quod & ipsum poterat, si vellet, optare, prætulit. Non adeo confidens eris, ut neges, hoc verborum circuitu liberum arbitrium describi, quod voluntati necessariæ, & cujus essentialè libertatem esse fingis, opponitur. Quid te igitur hominis oportet esse, qui adversum te tela subministras, & Damascenum in partes invitum, ac reluctantem trahis? Adice cetera, quæ de laudis ac vituperationis origine, & hujus generis aliis è S. Thoma supra notavimus. Quæ citra controversiam liberum arbitrium, non autem libertatem illam tuam necessitatis nexibus irretitam designant. Non minus \* Bernardi locus adversatur tibi, qui idem esse spontaneum ait, ac liberum sui. Quid enim liber sui aliud est, quàm quod Joannes Damascenus dixit, qui potest facere, vel non facere? Sed de his, ac similibus locutionibus, quarum aliquas collegisti capite vicefimo primi tui libri, si capita duo postrema libri primi nostri de libero arbitrio legis, tacendum existimasses tibi potius, quàm eorum littera ulla mentionem faceres.

CAPUT XVII.

1. Vincentii falsa definitio libertatis. 2. nata ex inscitia Latina vocis imperii. 3. Ejusdem de actu reflexo voluntatis fabula.

INTER varias actus liberi definitiones, unam commemorat Vincentius noster, in qua perpetuum eruditionis suæ monumentum statuit: & verò ulcus quoddam continet lætè diffusum, ac manans per totam illius de libertatis natura disputationem: non secus atque

Exurit sacer ignis, & urit corpora serpens, Quamcumque arripuit partem, reptique per artus.

\* Definitio porò ista sic ab illo informatur ex Joanne Damasceno, ut sit voluntas, sive liberum arbitrium, Potentia sui imperatrix: quod Græcè est δυναμὶς ἀρχὴ.

CAPUT XVIII.

1. Aristotelis locus perperam intellectus, & expositus à Vincentio. 2. Nec non Damasceni. Cui laus propriè conveniat.

NON dissimili ex præcipitatione profectum illud est, quod \* capite xxi. libri primi Vincentius exprimit, dum probare satagit, non solum voluntatis electionem propriè, ac formaliter esse liberam: sed etiam actiones ceteras; atque ipsam ad eò finis appetitionem. Ad id enim Aristotelis verbis illis abutitur, quibus docet, actionum ab initio ad finem nos esse dominos, quod sic interpretatur, tamquam omnes, id est singulas actiones, jam inde ab initio, quam vocat, intentione, liberæ esse dixerit. Atqui \* ἐκείνου, id est voluntatem, quam intentionem Scholæ nominant, circa finem propriè versari, in eodem libro scripserat: ἐκείνου autem id est electionem, in qua ad ἐφ' ἑαυτῶν, & agendi, vel non agendi; hujus item aut illius optandi potestas est sita; circa illa, quæ ad finem referuntur. Cui quidem more suo consentaneus est S. Thomas, à nobis supra citatus. An igitur tantillo intervallo, quæ dixerat, mutavit, ac rescidit Aristoteles? Non est ita: & nimium quantum aberrat Vincentius: cujus insignis in hac re lapsus ἀνεπίτητος, & ex ipso, quem attulit, Aristotelis loco deprehenditur.

\* Verba sunt hujus: Non similiter, inquit, voluntarii sunt actus, atque habitus. Siquidem actuum ab initio ad finem, domini sumus, cum singula novimus: in habitibus autem, solius initii sumus domini. Hic verò non de actionibus voluntatis omnibus loquitur Philosophus; sed de iis dumtaxat, quibus comparantur, ac paulatim corroborantur in nobis habitus: cujusmodi sunt ad ἐκείνου, quæ & liberæ sunt, id est ἐφ' ἑαυτῶν, & ἐκείνου, id est voluntaria, sive spontanea: ut capite antecedente scripsit idem Aristoteles. Hoc igitur interesse ait inter habitum, & actum virtutis aut vitii, quod actus tum inchoandi, tum definendi penes nos est potestas: in habitu verò, solum in nobis situm est initium. Nam ubi semel occalluit, non faciliè, neque pro arbitrio nostre voluntatis extinguitur. Sic Eustratus, & Andronicus nobilissimi Enarratores illius Aristotelici Operis. Unde palam est, quàm ab veritate, & Aristotelis mente avius ierit Vincentius.

II. Nec minus in Joanne Damasceno fugit illum ratio. Quod enim ἀνεπίτητος, id est libera potestate appetere, velle, deliberare: ac postremò eligere homines ait, id de appetitione finis, qualis in hac vita exerceri solet; omnino intelligi debet. de quo vide quæ \* supra capite sexto diximus.

Hinc vana Vincentii cavillatio præciditur: qui ita disputat: Nisi voluntas finis, non tantum electio mediæ, libera esset, amare turpem voluptatem, tanquam finem, nullum peccatum esset, quia talis actus liber non esset; nec in amore Dei, ut finis ultimi, ultiim meritum foret. Quid hac argutatione frigidius? Non est necessaria, mi homo! cujuscumque finis appetitio, ut jam docui; sed ultimi, ejusque perspicuè cogniti; ut à beatis percipitur. Ceteri autem, itidem ut & supremus ille nondum perfectè cognitus, liberè, & ex electione captantur. At Dei amor, & appetitus in felici illo beatorum statu, neque liber est, neque laudationem, id est, imemor, uti neque mercedem meretur. Sed merces ipsæmet est anteaquam cum laude vitæ. Frustra autem præstigias, ac fumos obducis spectatorum oculis ex ambigua laudis acceptione, de qua supra monui.

Nemone igitur hanc opinionem extorquere poterit, quam tu cum tuis consecratis imbibisti; ut laudem mereri ob hoc ipsum putes quempiam, quod necessariò, neque ex libera electione facit, hoc est ἐφ' ἑαυτῶν, qua sola laudationem, vituperationemque metitur Peripateticæ princeps sectæ Philosophus, & Theologus coryphaeus Aquinas ille S. Thomas?

Quis sanus laudandum propterea Deum censet, quod se amet; quod se non esse nolit: quod Spiritum sanctum producat: quod hunc & filium diligat? Hæc ad ἀναγκασίμου, id est ad prædicationem, & glorificationem, ut Scriptura loquitur, non ad laudem, id est virtutis, ac rectè facti commendationem pertinent: ut in primo de libero arbitrio animadvertimus.

CAPUT XIX.

1. Quæstio ab Vincentio commota, utrum voluntas quo se instanti movet, duplex iudicium propositum habeat.

I. QUÆRIS à te \* Vincenti, an voluntatem eo instanti, quo semovet, duplici iudicio intellectus accinctam, & in utrumque oppositum latius aequè proximè expeditam esse oporteat.

II. OMNEM voluntatis electionem, vel re ipsa, vel diuina consultatio præcedit. In ea duo saltem proponi & inter se comparari debent; quorum neutrum potest esse necessarium.

III. Ex eodem Peripatetica, Christianaque sapientie fonte, ad aduocandum illud oritur, quam indifferentiam Latine schola nuncupant: de qua frustra vitiligare solent, & in cassum vexare quod vel non capiunt, vel se capere dissimulant.

IV. De hoc scripturæ, quibus liberi arbitrii descriptio continetur. Vincenti strophæ in eo loco, qui est Genes. quarto.

De his scripturæ, quibus liberi arbitrii descriptio continetur. Vincenti strophæ in eo loco, qui est Genes. quarto. Nec non in altero, Ecclesiastici decimo quinto.

De his scripturæ, quibus liberi arbitrii descriptio continetur. Vincenti strophæ in eo loco, qui est Genes. quarto.

I. STATUS ille voluntatis liberæ, sese mouentis, & quod placitum est eligentis, quem indifferentem vocati diximus, in plectricis Scripturæ locis graphicè describitur: ut jampridem contra liberi arbitrii oppugnatores hæreticos, & eorum affectatores Armachanos, notarunt Catholicis; & nos \* adeo post illos in primo libro de arbitrio libero.

II. ITAQUE locus ille \* Genesios, quem arroditis, ubi Caino Dominus dicit: sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius, hoc unum declarat; In potestate esse nostræ concupiscentiam, non tantum in sanctis; sed etiam in peccatis hominibus, & Dei gratia derelictis, iustificante nimirum gratia, siue sanctitate, qualis erat Cainus.

III. SIC in altero eludendo Scripturæ testimonio, quod iugulum petri Calvinianæ hæresis, indicari instituit. Scribit Auctor \* Ecclesiastici, Deum ab initio constituisse hominem, & reliquisse illum in manu consilii sui.

IV. AC vel cetera ejusdem loci, quæ pertinet ad sapiens, vos erroris admonere poterant. Nam subinde sic scribit: Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione.

VINCENTII LENIS. CAP. XX. tibus: atque ex Dei Verbo; nec non ex Conciliorum & Græcorum, Latinorumque Patrum crebris & disertis sententiis expressa: uti latè demonstravimus in tribus de arbitrio libero voluminibus. Huic nostri temporis soli obstreperet hæretici, reconditoris, ut olim Gnostici, & ignota antea doctrinâ famam, & gloriolam aucupantes; cum sint omnium vanissimi mortales, & insulfissimi: quibus vena nulla salit antiq̃, & exquisita sapientia: sed totum error, ac dulcedo novitatis occupavit.

IV. Quid te autem obscuro, Vincenti, tantopere Ecclesiastici locus ille conturbat? Quis autem ab non fatuo, siuque comote alius inde sensus excelsi potest, nisi iste; hominibus quamdiu in hac vita degunt, intere esse, utrum voluerint optare, ac persequi, bonum, aut malum, vitam, aut mortem: ut ad quod libitum erit manum prorigant; hoc est eligant pro nobis voluntatis, & arbitrio.

Hoc adeo comprehendendi, significatrice verbis illis, Lutherani & Calvinistæ in oppugnando libero arbitrio persuasum habent; ut propterea putent ad præsentis status homines locum illum minime pertinere; sed ad innocentem adhuc Adamum; quo tempore libero præditus erat arbitrio; quod sibi, peccando, suisque posteris amisit. Horum tu, Vincenti, vestigiis insistentem, post longam agitationem, in ea demum interpretatione conquelescis: nec quam minime coherere vides. Sanè de homine primo loquitur ibi Sapiens, ejusque arbitrio libero: sed non de solo illo, solòve, in quo conditus est, incolum, & innocenti statu.

V. Hujusmodi porro loci istius esse sensum, ut generatim de essentiali, & manente quolibet in vitæ statu libertate hominis intelligi debeat, primum, & quidem invidiam habet argumentum causa ipsa sermonis, ac series. Studet ibi Sapiens à peccato committendo deterrere homines; & si quid mali fecerint, admonet, ut ne causam illius & invidiam in alium transferant, sed sibi imputent ipsi; utpote quos ad peccandum nulla res alia præter ipsorum voluntatem compulerit.

VI. AC vel cetera ejusdem loci, quæ pertinet ad sapiens, vos erroris admonere poterant. Nam subinde sic scribit: Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. Quibus verbis, & sequentibus hic omisiss, causam affert; cur pro eo ac vivendo, & utendo arbitrio suo mortales egerint, merita mercede compensandi sint, bona videlicet aut mala; nimirum quòd sub sapientia, ac forti, & nihil ignorante iudice Deo, nullum impu-

ne malum, nullum sine præmio bonum præterire possit. Quæ ratio pernicia ipsi frenos injicit, ut ad illum pertinere statum sapientis ista præcepta, & monita fateatur; qui cum homine primo communis sit posteris ejus omnibus, quos solos ad honestam vitam illis instrui, incitarique nemo dubitat.

Hic accedit, quod postrema illa verba Sapiens ex Mose descripsit: qui cum legem Israëlitis edidisset, ad eam observandam isdem, quibus Ecclesiastici locus ille, rationibus, & hortamentis utitur: \* Juxta te, inquit, est sermo vultu in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud. Quibus observandæ legis potestatem penes illos, & in ipsorum potestate libera esse demonstrat, Dei ad-juta gratia; quæ in istis intelligenda semper est, etsi nulla sæpè fiat ejus expressa mentio. Pergit deinde Moses: Considera, inquit, quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & e contrario mortem & malum, &c. Apparet hæc postrema Mosis præbe ad Ecclesiastici auctore descripta esse verbatim; adeoque non ad solum innocentis Adami statum referri debere: de quo nihil Moses ibi cogitabat: sed ad universum pertinere genus hominum, quos ad laudabilem usum ingenitæ sibi facultatis suo uterque tempore studebat implere.

VII. POSTREMÒ ut vel impudèntia ipsius ora præcludam, testes advocabo Græcos, Latinosque Patres; qui utroque illo Mosis, & Jesu Siracidæ testimonio probare conati sunt; liberum in Adamo posteri esse voluntatis arbitrium. quod profectò ridiculè facerent, si ad solum innocentis statum, ut Vincentius, Armachanique ceteri cum hæreticis interpretantur, amorum estata spectarent.

Horum testium primus sit Augustinus, quo ex uno pendere se, tam falsò, quam insolenter jactant. Ille igitur in libro de gratia, & libero arbitrio, capite secundo, probare volens, non, fuisse in Adamo antequam peccaret; sed, esse hodiè que liberum in hominibus arbitrium, cum alia complura Scripturæ testimonia profert; tum illud, de quo agimus, Ecclesiastici, adversus eos, inquit, qui de ipso Deo se excusare volunt. Ac postquam verba ipsa descripsit, Ecce apertissime videmus, inquit, expressum liberum humana voluntatis arbitrium. Est autem illud animadvertendum, Augustinum ex professo librum illum scripsisse, ut erroris genus duplex refelleret: quòd nonnulli sic gratiam Dei defendebant, ut negarent liberum hominis arbitrium: aut quando gratia defendebatur, negari existimabant liberum arbitrium: Idcirco statim initio libri multis Scripturæ testimoniis ostendit esse in homine liberum arbitrium: deinde ejusdem auctoritate Scripturæ, gratiam ad bene agendum suppeditari divinitus, eamque necessariam esse demonstrat. Quamobrem ut cum de gratia loquitur, & ejus necessitatem approbat; non aliam intelligit, quam quæ præsentis convenit humanæ naturæ statui; sic liberum in homine probans inesse voluntatis arbitrium, non ad alium, quam præsentem ejusdem naturæ statum respexit: alioqui stulta tanti viri, & inepta esset altercatio.

VIII. \* JUSTINUS Martyr in Apologetico secundo, postquam multa de voluntatis humane libertate disseruit, quam in libro de divinis, id est liberam electionem, vel facultatem homini concessam ad turpia vitanda, & honesta deligenda definit; hanc ipsam indifferentem potestatem isdem, quibus usus est Petavius, alique Catholicis, Scripturæ verbis adstruit; maxime illo loco Deuteronomii, ex quo sumptum Ecclesiastici celeberrimum paulò ante diximus: Ecce in conspectu tuo bonum, & malum. Elige bonum. Sic \* Origenes in Epistolam ad Romanos, ambo illa testimonia in unam commissa sententiam, ad ostendendam liberam in utrumque propensionem voluntatis affert. Ecce postquam ante faciem tuam vitam & mortem, & ignem, & aquam. \* Scapion quoque Thmuitanus in libro contra Manichæos, quem egregium vocat Hieronymus, eundem locum citat. Ecce postquam coram te vitam, & mortem: elige quod vis. Tum Chrysothomus in \* homilia xcv. tomi sexti. Tertullianus etiam libro secundo contra Marcionem, capite quinto, liberi vim arbitrii in utrumque minime determinatam probat ex eo, quòd Veteris auctor Testamenti legem Israëlitis edidit, ac deinde proponere se dixerit ante hominem bonum, & malum, vitam & mortem.

\* Ennodius præterea Ticinensis, eundem illum, in \* Lib. 1. quo hodie versatur Armachanorum natio, errorem exasperat. N n 2 gitan,

\* Lib. 1. c. 23. p. 99.

\* Lib. 1. Eth. c. 5. Vide Petav. To. 3. lib. 3. de Opif. c. 5. & supra c. 3. & 5.

\* Arist. 3. Eth. c. 1. in de Co. act. 4. p. 14. In 1. q. 83. art. 3. \* Quecill. 16. de malo, art. 5. \* Id. qu. 22. de Verit. Art. 6.

\* Lib. 1. de lib. ar. bit. c. 2. \* Vinc. lib. 2. c. 6. pag. 166.

\* Sess. 6. ca. 5.

\* Gen. 4. 6.

\* Eccle. 15. 14.

\* Ib. Sess. 2. p. 166.

CAPUT XX.

De his scripturæ, quibus liberi arbitrii descriptio continetur. Vincenti strophæ in eo loco, qui est Genes. quarto.